



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ivstina V. M. 13. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

384 *Vitæ Sanctorum.* 13.IV.L
inimico veniam non neganti. Quid ad ista, ô Pyrrhæ genus? vos inquam, quibus peccatus immite plusquam æs triplex asperat, jurati hominum & in homine D E I hostes, & quos hoc unum iuvat, non solos perire. Iudice precante, reo non ignoscitis rei? tantus è cruce Orator, tot ora vibrans quot vulnera non persuadet: lignea movet se imago, vos duratis? annuit Christus, vos absu-
nuitis? Ite, ite Sampsones egregii, & tumulum hosti, sed unà vobis parate.
Ex Surio.

S. IVSTINA V. M. 13. Iulii.

Emina Dorotheæ IVSTINA est, consimili ferè morte & prodigio morte consimili illustris. Parentibus orba cùm esset, forma tot hostes illi conciliavit, quot procos. At illa, u cui in amoribus solus I E S V S erat, suam etiam Christianis Penelopen ostendit & mortales procos facile cæteros elusit; cum Fabiano Præside plusculum fuit ludandum. Devorandæ enim alapæ, ferenda verbera, & uberum carnificina. Atqui hæc inter supplicia talem IVSTINA viultum præ se ferebat, ut inter paradisi amœnitates, quas unas tunc loquebatur, obambulare sit visa. Et oportebat alteri Dorotheæ alterum etiam Theophilum esse. Zeno hic fuit è judicij

sub-

24.IVL. *Vita Sanctorum.* 385
 subselliis primus. Is , cùm Virgo ad
 supplicii locum ridens contenderet,
 rogavit fructus peregrinos sibi è Sponsi
 hortis transmitteret. Annuit capite
 truncanda I V S T I N A. Mox latus
 Zenonis pulsio molliter pulsat , & do-
 num à mortuâ Virgine strophium mis-
 sum exhibit. Tunc quoque risit, cùm
 strophium acciperet, qui horti munera
 sperabat. Sed nesciebat ille sub stro-
 phio fructus latere. Hoc enim dum
 frontem ridens tergit , ecce omnem
 animo superstitionem abstergit , Chri-
 stum & se Christianum tam diu clama-
 mat , dum lingua è faucibus exsecare-
 tur. Caput demum pro Christo ponit,
 & quod alii tam grave putant, cœlum
 ridendo meretur. Ex Ferrar.

S. H E N R I C V S I M P. 14. Iulii.

Gemmam Romanæ Coronæ unicam
 Ghic exhibeo HENRICVM. genu-
 re Bojorum Duces , D. Wolfgangus
 educavit. Quid ni ab his bonum Im-
 peratorem spares ? Certè imperium à
 se ipso auspicatus Virgo idemque
 conjux in triumphum Cupidinem
 duxit. Hoc subacto, facile aliquos Imperii
 hostes omnes fudit , tum præsertim,
 cùm Aether illi militavit, & aciem, cui
 votum ante pugnam fecerat, D. Lau-
 rentius & cuius gladio accinctus erat,
 Adrianus , tum Georgius Angelusque

Bb 5 præ-